

Ad. Polt. 1648
IVSTI LIPSI


De Libria
DE

MILITIA ROMANA

LIBRI QVINQVE,

COMMENTARIVS AD POLTBIVM.

Editio vltima.



ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA PLANTINIANA,

Apud Viduam & Filios Ioannis Moreti.

CLD. ICD. XIV.

*Cum Privilegijs Casareo & duorum Regum
& Principum Belgarum.*

PHILIPPO III.

HISPANIARVM

ET INDIARVM

PRINCIPI.



QVÆ de MILITIA scripsi, magne Princeps, etiam tunc cùm scripsi, animo tibi destinavi & inscripsi, & suspendi, vt sic dicam, ad tuam aram. Multa me incitabant. sed præcipua: quòd tuus essem, in solo & vetustissimo patrimonio tuo natus: quòd res militaris, & ideò magnitudine & fortunâ tuâ non indigna. Enimuerò quem magis tractare aut scire hæc deceat, quàm Principem? & verissimè prudens ille noster Cornelius: *Cetera utcumque dissimulari, sed ducis boni Imperatoriam esse virtutem.* Quid verò talem Principem? Nihil blandimur tibi, nec publicè locus sit, aut gratia: sed ab orbe condito non fuit, qui maior in re aut spe fuerit, quàm te fata videntur destinasse. Præest iamdiu maximus Regum pater tuus tot regnis; in vtroque orbe iura reddit, veteri & nouo; atque

IUSTI LIPSI DE MILITIA ROMANA LIBER I.

DIALOGISMVS I.

Prefatiuncula & occasio dicendi, tum laus aliqua militie Romanae.



MERIDIE, vt ferè mos meus est, inambula-
bam, cupidis honestarum artium me præbens,
& velut domesticas quasdam scholas habens,
respondendo aut differendo. Venit ad me hone-
stæ frontis & mentis adolescens, **AUDITOR**
meus (nec aliter nunc appellem) qui salute di-
ctâ, Illud de Militiâ promissum Lipsi, inquit,
quando expungis? Tardum nomen es, ne dicam
malum. Ego, Cum otium erit, inquam. Longa res
est, nec paucarum aliquot horarum. Ille iterum, De otio ne obtende, fe-
riæ sunt, & tam vacui nos nunc, quàm ipsa Vacuna. Quando etiam aptius?
feruent omnia bellis, nec alij magis in mensis aut in circulis sermones.
Quàm volupe sit, inter ista veterem illam seridè intellegere, & decerpere
ex eâ aliquid quod sit in hodiernum usum? Ego risi, & Quid ais, inquam,
decerpere? sæculum hoc ignoras, aut dissimulas. Nam contemnunt no-
stri Martes hæc talia, & nœnias & ludos ea habent puerorum. Fortassis,
inquit ille, vel ideò quòd parùm norunt. Nam plerisque horum iure il-
lud occinas: ** Πελὴν γὰρ φερνεῖν οὐ, καὶ ἀφ'ερνεῖν ἐπίστασαι.*

Initium sermonis.

Opportunitas.

** Priusquã sapere, didicisti cõtemnere. Chæremõ.*

Et quid de illis mirer? pauci nostrum, qui libelliones habemur, scitè hæc scimus, & in nos quoque conuenit senis Cõi dictum:

** Πολλοὶ θαυμάζουσι, ὀλίγοι γινώσκουσι.*


** Multi admirantur, pauci intellegunt.*

Ne inter eos diutius ego sim, tu effice & adiuta. Nam pleraq; video, non video, & vt in confinio lucis ac noctis positus, parùm certo oculo discerno. Iam facis? Volo, inquam: sed, nisi vt tibi gratificer, quâ spe fructus? Imò verò duplicis, inquit ille, Certi & Incerti. Certi quidè, quòd vera ea fax ad historias: quarum quæ alia ferè materies, quàm bella & pugnæ? Incerti autem, quòd & hodierni Duces aliquid ex iis fortasse haurient, ad suum & præsentem usum. Moui caput, & De hoc quidem diffido, inquam, illud prius spero. Subiecit, Non ego: & meo animo ac vaticinio, aut iam est aut erit Princeps aliquis magnus, qui prauam & laxam hanc militiam corrigat, & ad veterem illam ordinet atque adstringat. O si ille dies! quas laureas & victorias videam? quàm longè lateque sparsa Christiana signa? Iniice hanc mentem Deus, & ad priscam illam ac Roma-

Vilitas.

Ad historiam.

Ad vsus.



IMP. PALMARIUS.

EQVI IMPERATORII.

TABVLA ORDINIS
IN MILITIBVS.

MILITES DVPLICES sunt:	CIVES, qua Legio dicitur: & habet	EQVITES trecentos, vnius omnes generis: diuisos in turmas decem: & has hominum triginta.	VELITES, mille ducenti: diuisi a qualiter per reliqua genera & manipulos, in quoz, horum quadraginta.
		PEDITES quater mil- le ducentos. Atque hi sunt quatuor generum,	HASTATI, totidem. diuisi in decem mani- pulos, singulos hominum cxx. Manipulus Ordines hae Centurias duas habet, homi- num ix.
SOCIJ, qua Ala dicitur, aut Cor- nu: & ha- bet		PRINCIPES, numero & diuisione pari.	PRINCIPES, numero & diuisione pari.
		TRIARIJ, numero dimidiato, id est sex- centi. Diuisio eadem, Manipuli & Ordi- nes dimidiati.	TRIARIJ, numero dimidiato, id est sex- centi. Diuisio eadem, Manipuli & Ordi- nes dimidiati.
		Isti omnes rursus, iuncti diuiduntur in Co- hortes decem, quaz, habet tres Manipu- lo: Hastatorum, Principum, Triariorum singulos: & Velites Manipuli suis adiuu- ctos. Ergo sunt hominum quadringento- rum viginti.	Isti omnes rursus, iuncti diuiduntur in Co- hortes decem, quaz, habet tres Manipu- lo: Hastatorum, Principum, Triariorum singulos: & Velites Manipuli suis adiuu- ctos. Ergo sunt hominum quadringento- rum viginti.
		EXTRAORDINARIOS, qui sunt du- centi: ex his vna Turma, id est, quadra- ginta ABLECTI.	EXTRAORDINARIOS, qui sunt du- centi: ex his vna Turma, id est, quadra- ginta ABLECTI.
		ALARES, qui sunt quadringenti. Diui- duntur in decem Turmas, singulas homi- num xl. Nota, Societas Turmas decuria excedere Ciuiles.	ALARES, qui sunt quadringenti. Diui- duntur in decem Turmas, singulas homi- num xl. Nota, Societas Turmas decuria excedere Ciuiles.
		EXTRAORDINARIJ, numero octin- genti & quadraginta. Sunt Cohortes dua hominum trecentorum triginta sex: & vna dimidiata, hominum centum sexa- ginta octo in ABLECTOS.	EXTRAORDINARIJ, numero octin- genti & quadraginta. Sunt Cohortes dua hominum trecentorum triginta sex: & vna dimidiata, hominum centum sexa- ginta octo in ABLECTOS.
		PEDITES, quater mille ducentos, vt plu- rimum. Sunt duo genera.	ALARES, numero ter mille trecenti sexa- ginta. Diuiduntur vel in Manipulos for- tasse & Genera, ritu Ciuium; vel diuita- xat in Centurias & Cohortes. Cohortes singulae erant, trecentorum triginta sex; maiores quam Ciuiles.

Inventores
cristae.
In Clio.
Lib. XLV.

Lib. VII.

quis superbimus. Primi auctores rei Cares, quod scriptores adnotarunt. ut Herodotus: Ἐπὶ τὰ κράνεα λόφους ἔπιθεον καὶ εἰς οἱ καὶ ἀδείξαντες: In galeis cristas illigare Cares sunt qui ostenderunt. Strabo: Τὸ δὲ πρῶτον τὰ στρατιωτικὰ ζήλου τὰ τε ὄργανα ποιοῦνται τεκμήρια, καὶ τὰ ἐπίσημα καὶ τὴν λόφους. Studij sui erga rem bellicam testimonia adferunt sententiarum ansas, & insignia & cristas. Idem Plinius prodidit ubi de inventoribus rerum: idem Polyxenus. Sed Galeas & Cristas aliquot è monumentis vide.



DIALOG. VI.

De Loricâ, & variâ eius specie.


VLTIMUM inter arma, *Lorica*: quam duplicem fuisse ostendit in his verbis: Legito.

POLYB.

Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ πρῶτον λαβόντες χάλκωμα σπιθαμιαῖον πάλιν πάντας, ὃ πρῶτον τίθεται μὲν πρὸ τῶν σέρων,

At pleriq; capientes *aream* laminâ qua sit palmi maioris siue duodecim digitorû undique, nec amplius, eam pectori appo-

ICONISMVS ACIEI VVLGATAE.




A. Equites sociorum, virisq;
cornu viginti Turmae.
B. Hastati sociorum Alae sinistrae.
C. Hastati legionis secundae.
D. Hastati legionis primae.
E. Hastati sociorum Alae dextrae.

F. Equites Romani, Turmae
viginti virisq; legionis.
G. Equites Extraordinarij, virisq;
cornu Turmae octo.
H. Principes sociorum sinistrae.
I. Principes legionis secundae.

K. Principes legionis primae.
L. Principes sociorum dextrae.
M. Triarii sociorum.
N. Extraordinarij pedites, cohortes
duae.

O. Triarii legionis secundae.
P. Imperator, circa eum Trib.
cus totidia equitum
peditumque. Siat ante
aqualas.
Q. Triarii legionis primae.

R. Extraordinarij pedites, ut
ante, alterius Alae.
S. Triarii sociorum.
T. Velites sparsi ante et per
interualla.
V. Legatus qui praestitit cornu.



b

IN NOVAM EDITIONEM
DE MILITIA ROMANA

IVSTI LIPSI

A N A L E C T A

siue

OBSERVATIONES

RELIQVÆ

A D M I L I T I A M

ET HOSCE LIBROS.